

soribus vestris nomine census. pro quadam domo existente in dicto loco Santi Eustasii iuxta alia Casilia dicti Episcopatus undique concessa michi per vos ad tenendum eam et possidendum census nomine, grana duodecim. pacto adiecto quod si dicta domus aliquam meliorationem susciperet in futurum, ego dicta Sybilla teneat dare solvere et assignare vobis predicto Episcopo et successoribus tarenorum auri unum ad generale pondus similiter nomine census anno quolibet *etc.* Quod scripsi Ego predictus magister Spina puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus Interfui et meo signo consueto signavi. (*Segue il segno*).

† Bartholomeus q. s. Iudex. (*Segue il segno*).

† Iohannes de Cantore puplicus Baroli notarius.

† Nicolaus puplicus Baroli not. testatur.

† ego dopnus Enricus f. bonaiuti testor.

N. 89.

A. D. 1299

(20 maggio, Indiz. XII).

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatorio</i>	<i>Albericus de Fronte not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettangolare: alt. 0,33, larg. 0,21.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	Era sorta controversia circa il possesso di alcune terre, <i>in loco yscle</i> , al di là del fiume Ofanto, tra il Vescovo Cannese <i>Opiczo</i> e i nobili <i>Ambrosius de Galiberto</i> e suo figlio <i>Umfredus</i> . Fu rimessa la soluzione della vertenza al Rev. ^{mo} <i>Pater Radulphus patriarcha Ierosolimitanus</i> , che con piena libertà l'avrebbe dovuta risolvere a tutto il mese di giugno. Le parti s'impegnavano di stare al decreto del patriarca sotto pena di 20 onces d'oro.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab incarnatione domini nostri Iesu christi Millesimo ducesimo. Nonagesimo nono. Regnante domino nostro Karolo secundo *etc.* Regnorum eius anno quinto-decimo. Die Vicesimo mensis madii. duodecime Indicionis apud Barolum. Nos Bartholomeus de Ionatha. Regalis Ba-